



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 68. Pontificis diploma pro erigendis quindecim Congregationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

§. LXVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.*Pontificis diploma pro erigendis quindecim Congregationibus.*

Præterea summus Pontifex novo diplomate die vigesima secunda Januarii anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo octavo quindecim Congregationes ab ipso stabilitas, prout alibi meminimus, confirmare statuit. Harum I. erat pro sancta Inquisitione. II. Pro signatura Gratiae. III. Pro erectione Ecclesiarum, & provisionibus Consistorialibus. IV. Pro ubertate Annonæ in Statu Ecclesiastico. V. Pro sacris ritibus, & Cæremoniis. VI. Pro classe paranda, & servanda ad Status Ecclesiastici defensionem. VII. Pro Indice librorum prohibitorum. VIII. Pro executione, & interpretatione Concilii Tridentini. IX. Pro Status Ecclesiastici gravaminibus sublevandis. X. Pro Universitate Studii Romani. XI. Pro Consultationibus Regularium. XII. Pro Consultationibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum. XIII. Pro viis, pontibus, & Aquis curandis. XIV. Pro Typographia Vaticana, quam Sixtus V. pro emendata Bibliorum, Conciliorum, Ecclesiæ Patrum, & Pontificiorum diplomatum editione erexerat, denique XV. Congregatio instituta erat

Bull. t. 2.
Const. Sixti
V. 74.
pag. 667.

Rr 5

pro

Sæcul. XVI pro Consultationibus negotiorum intra
A. C. 1588. ditionem Ecclesiasticam. Ceterum cun-
 cta hæc fulius explicata in diplomate
 hanc in rem edito perspici possunt.

§. LXIX.

*Divus Bonaventura Ecclesiæ Docto-
 rum fastis ab eodem Papa
 adscriptus.*

Bull. p. 677. Postea Sixtus V. die decima nona Fe-
 bruarii aliam edidit Bullam a qua-
 draginta novem Cardinalibus subscri-
 ptam, in qua cunctas ad arma provo-
 cationes, equitum concursus, aut tu-
 multuosos hominum congressus quavis
 ex causa fieri prohibuit: die autem
 decima quarta Martii alio diplomate
 divum Bonaventuram Ordinis sancti
 Francisci Alumnum sanctis Ecclesiæ
 Doctoribus ritu solemni accensuit, pa-
 riterque in Ecclesia sanctorum duode-
 cim Apostolorum, ubi Fratres Mino-
 res, quos Conventuales vocant, mo-
 rantur, Collegium sancto Bonaventuræ
 nuncupatum, ut ibidem ad hujus Do-
 ctoris mentem Theologia traderetur,
 erexit, simulque præcepit, ut hujus
 sancti festivitas ritu duplici sicut alio-
 rum Ecclesiæ Doctorum officium ce-
 lebraretur: in hoc autem Sixtus Papa
 imitabatur Pium V., qui pares honores
 sancto Thomæ Aquinati decernebat.
 cum